

194* Anno salutis 1498 in viridario Atestino sub terra reperta est urna cum lucerna ardente inclusa inter duas ampulas auri et argenti liquore quodam plenas, fomitem praestantes lucernae ANGELIERIUS (Vat.); similia ALESSIUS EX LIBRO 'EXTRAVAGANTE' MUNICIPII ATESTINI. Epigramma inventum apud Estum oppidum Patavinum in agro illorum de S. Vito, qui vulgo dicitur in Pra, in vase terreo orbiculato, in quo inclusum alterum erat cum quadam lucerna; vas autem erat plenum aqua gravi et odorifera circa quinque phialarum et alio parvulo vase vitreo intus posito IUC. Patavii FERRAR. similiterque RELIQUI PLERIQUE, in his PACED. L. XV. Annum circiter millesimum quingentesimum nostrae salutis iuxta Atesten municipium Patavinum, dum foderetur a rusticis terra solito altius, reperta est urna fictilis, et in ea altera urnula, in qua erat lucerna adhuc ardens inter duas ampullas, quarum altera erat aurea, altera argentea, purissimo quodam liquore plenas, cuius virtute lucerna illa per tot annos arsisse creditur, et nisi resecta fuisset, perpetuo arsura SCARDEONIUS ex epistula FRANCISCI MATURANTII, cuius haec afferuntur ipsa verba partim apud eum, partim apud Sabinum et Peutingerum: 'Nihil ex omni antiquitate vidisti mirabilius, mi Alphene. In vase illo interiori lucerna fuit fictilis, mirae pulchritudinis, lumine tot seculis inextincto, super eam duae ampullae parvulae. Aurum in altera, in altera argentum fuit: utrumque liquidum, ut ex ramentis cognoscitur: primum argentum, aurum vero obrizum. Ego chimiae artis (si modo vera potest esse ars chimia) iurare ausim elementa, et materiam omnium. Vas utrumque cum epigrammatibus. Lucerna, ampullae aureae, Olibii munera ad me venere: et penes me sunt. Quas si videas, obstupescas. Ego eas cum mille aureis non sum commutaturus. Da versus amicis rescribendos et Camerti episcopo et amico Gratiano inprimis vetustatis studiosissimo'. Haec MATURANTIUS. — Romae a bubulco inter arandum inventa a. 1489 mense Septembri PACED. L. VII solus.

in minore urna haec scripta fuisse secundum eum, qui haec fecit, innuit v. 4. At in arca latericia, in qua fictile clausum erat FERR. SAB.; in urna maiore SCARD.

plutoni sacrum munus ne attingite fures [uates *Manut.*]
 ignotum est vobis hoc quod in orbe latet
 haec [nanque *Ferr. Scard. Carc. Manut.*, haec namque *Sab.*] elementa graui clausit digesta labore
 uase sub hoc modico maximus olibius
 adsit faecundo custos sibi [tibi *Ferr. Scard. Carc.*] copia cornu
 ne precium tanti depereat laticis [depereant latices *Iuc.*]

in capsula latericia IUC. recte. — Male in vase fictili, in quo vitreum erat clausum FERR.; in urna minore SCARD.

abite hinc pessimi fures [furis *Iuc.*] uos [uos *om. Iuc. Scard.*] quid nostris uoltis cum oculis emissicieiis abite hinc uostro cum mercurio petasato caduceatoq. donum hoc maxumum maxumus olibius [maxumus maxumum donum, *omissis hoc et olibius, Ferr. similiterque Lil.*] plutoni sacrum fecit

Nugas has antiquiores ignorant. Comparet primum secunda inscriptio in Rediano libro f. 62', sed postea demum adscripta, utraque autem apud Iucundum in codice Magliabecchiano (nam a Veronensi abest) f. 151, apud Ferrarinum cod. Paris. f. 156' et cod. Reg. Pat. 43. 44; apud Lilius f. 58. 97; in libro Riccard. 996 f. 43; apud Pacedianum l. VII et denuo l. XV; in codice Ioh. Matth. Tyberini, quem servat doctor Ios. Turrius Regiensis. Scripta haec extitisse etiam in libro extravagante communis Atestini apparet ex Alessio p. 286; indidem petiisse videtur ea Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 145. Francisci cuiusdam Maturantii Perusini de ea re epistula ad Alphenum amicum, unde quaedam supra rettulimus, legitur in Petri Sabini codice Marciano f. 18', in Siederi Mutinensi f. 70', in Peutingeranis Augustanis 526 f. 83 et 527 f. 49'. 73, apud Pingonium f. 233, apud Scardeonium p. 55, apud Angelierium in cod. Vat. l. c. et in ed. p. 10, ubi epistulae diem (Ateste 1500 k. Mai.) vereor ne de suo adiecerit propter verba Scardeonii supra relata, cum ea dies a cod. Vat. absit ibique epistulam afferat Scardeonium nominatim auctorem laudans. Sequuntur Tacuinus 1525 f. 79; Apianus 325, 4 et 337. 338 (inde Grut. 927, 5. 6); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 30; Manutius cod. Vat. 5248 f. 2'; Furlanettus p. 20 n. 19.

Textum exhibui fere Iucundi, adiecta varia lectione potiore librorum antiquiorum. — Alessius recte composuit cum nugis his Plautina 'ut vos in nostris uoltis mercimoniis' (Amphitr. prol. 1) et 'circumspectatrix cum oculis emissicieiis' (Aulul. 1, 1, 2.).

195* Este in aedibus Contarenorum ALESSI.
 Nunc in museo Estensi n. 30.

D	M
C	R I S P I N I L L A E
F	I L I A E D E F . A N N I I I
I	N N V P T A E . I N F E L I C I
5	C R I S P I N V S A . V M N E
sic	E F O R T V N A T M A E R
	A N T I C I P A T E A E T A T I S
	I N F E L I . P C

Descripsi et falsam iudicavi, sed incisam ante saecula aliquot. Alessi p. 284 aere expressit; Furlanettus Est. p. 114, Pat. p. 227 n. 223.

197* Monselice in domo Hieronymi de Oddis.

VAL-PROB-LVCII-LIBERTI
 PETRI-DIAC
 LAVDABILIS-LOCI

Salomoni 1696 p. 66 haec ex notis petita pro inscriptione accepit.

196* rep. in pago Castri novi ad radices Vendae montis, servata Patavii apud Petrum Contarenum S. Zenonis abbatem TOMAS.

... TAVRILL
 PORCILIANO
 POT . AVGV
 MARITO . SANCTIS
 5 AVLA . PLACIDIA . T
 VXOR . PIENISSI
 ET . SOLEMNITE
 SVPPLICAVIT
 VIX-AN-LII-M-V-D

Tomasinus de donar. (1639) p. 194. Inde reliqui: Reines. 6, 11; Ursatus 1652 p. 341; Furlanettus p. 141 n. 134.

'Cur inter spuria et suppositicia a me ponatur', Ursatus inquit, 'dum vixit noverat Carolus Avantius, sed forsitan nimis iniuste'. Quod non satis intellego; at non opus est excitare Avantium illum, ut agnoscas falsam esse.

198* In museo Obizziano quod est Catai tituli sunt hi ex Asia minore vel ex Dalmatia allati:

ex Alexandria Troade:

vol. III n. 386 divi Iuli flaminii C. Antonio . .
 Rufo

ex Dalmatia:

vol. III n. 1772 Q. Vibius L. f.
 n. 2357 Ospitali
 n. 2384 Iuliae Aquilinae
 n. 2403 Iulia C. f. Tertulla
 n. 2495 P. Publicio Onesimiano
 n. 2851 M. Cornelio Eutylichiano
 n. 3156a Dianae Celceitidi
 n. 3174a Arsaio
 n. 3175a Q. Cassio Victorino
 n. 3179b Garinia Marcelline
 n. 3180b Ianuario
 n. 3182a Iuliae Susernae
 n. 3184b Lupe
 n. 3186a L. Pomponius Yperephanus

Quorum octo postremi sola coniectura relati sunt inter Dalmaticos deficientibus testimoniis.